









ЛЮБОВЬ ВЛАДИМИРСКАЯ  
АМЕРИКАНСКАЯ  
СОВЕТСКАЯ  
СОВЕТСКАЯ  
СОВЕТСКАЯ

ANGIM ELIASDUMI CIVATENSIS

COMITINUS

ALIA TITULUS



## PROOEMIUM.



E intricata atque spinosa illa hominis qualitate, quam Consuetudinem vocamus, GALENUS de offic. med. com. 3. text. 20. inquit: *babet consuerudo præcipuum in medicina vim, ita ut a clarissimis medicis natura adventitia nuncupetur*: porro Lib. 4. de Hippocr. & Plat. decretis cap. ult. ipse ait: *consuerudine sit, ut animæ rationalis vis in eo, cui quis assueverit, sensim inolescat*: in Lib. de Consuetudine cap. 1. ipse eloquitur: *quicunque ratione sit curaturus, magnam consuerudinis & insuerudinis habere rationem debet*: eadem ferme verba in fine illius capituli repetit aitque: *oportet autem ut is, qui methodo mederi voluerit, consuetudinis atque insuetudinis plurimam habeat rationem usque ad eam partem: nisi velit in re medica in multis offendere*: Tanta itaque ab omni tempore Consuetudinis & Insuetudinis fuit æstimatio, ut non modo magnam illis tribuerint vim ac potestatem, sed pro altera na-

tura multi illas declarare maluerint , siquidem sub  
 hac qualitate omnes functiones morales , vitales , a-  
 nimales & naturales non raro continentur , ito quod  
 admirationem meretur , aliquando consuetudo ad  
 subeundum abortum periodicum , aut ad partum sœ-  
 tus mortui , in historia naturali observatur : nec tan-  
 tum consuetudo in administrandis diversis functio-  
 nibus aut actionibus , sed etiam in sustinendis & tole-  
 randis certis passionibus occurrit , ut eapropter ARI-  
 STOTELES Lib. 21. probl. 14. GALENUS de consuet. c. 2. &  
 3. VALESIVS controv. Lib. 8. c. 5. CHRISTOPH. A. VEGA art.  
 med. Sect. 2. VALLERIOLA Loc. com. Lib. 1. c. 6. in defini-  
 tione consuetudinis frequentiorern actionem & pas-  
 sionem præcipuo quodam respectu annotaverint : ne-  
 que etiam præsens nostrum institutum inquirendi  
 est , quam bene & congrue , aut male ac perverse con-  
 suetudo definitur , quod sit certa partium corporis ,  
 quæ motibus præesse supponuntur , ad peculiares  
 motus perficiendos , ex prævia frequenti & iterata  
 illorum motuum exercitatione , dispositio , an potius  
 melior , rationi sanæ convenientior , ab omnibus sup-  
 positis , obscuris & contrariis conceptibus purior & li-  
 berior definitio substitui queat : suffecerit generatim  
 consuetudinis & insuetudinis vim , valorem & nexum  
 cum œconomia vitali attigisse & annotasse : nunquam  
 itaque uni rei adsuendum consultum esse judica-  
 runt in suo foro medici omnium temporum , sed jux-  
 ta HIPPOOCR. Sect. 2. apb. 50. oportet etiam ad inconsuetu-  
 transmutationem facere vel sec. GALENUM in Comm. est  
 uniformis quaque consuetudo periculosa , cum omnes inopi-  
 natis

natis rerum sortibus subjiciantur : hinc CELSI monitum  
*Lib. i. c. i.* haud negligendum est, ut sanus homo, & qui  
 bene valet, nullis se debeat obligare legibus, sed varium ba-  
 bere vita genus, modo in urbe esse, modo in agro, navigare,  
 venari, quiescere interdum & frequentius se exercere: Vix  
 vero omnis consuetudo improbari debet, siquidem  
 aliquando homines adfuescant rebus firmitati, inte-  
 gritati, robori ac constantiae animi & corporis haud  
 exiguum opem conciliantibus : hinc quædam con-  
 suetudo homines enervat, torpefacit & emollit, alia  
 vicissim confirmat & roborat: quicunque enim re-  
 bus tantum commodis, gratis & delicatis adfuescant,  
 ad adversa perferenda minus sunt apti, indeque ma-  
 xima & subitanea experiuntur incommoda: quare  
 non pauci hortantur, ne hominum natura nimium  
 emolliatur, sed etiam durioribus aliquantulum ad-  
 fuescat: ob id CICERO *Lib. 2. Tufculan.* eloquitur: *Con-*  
*suetudinis magna vis est, pernoctant venatores in nive, in*  
*montibus urbi se pariuntur: Consuetudo laborum perpe-  
 nem facit faciliorem; nam ferre calorem, contennere vul-  
 nus, consuetudo docet: insuetis extraordinaria con-  
 tingentia, mediocris alioquin efficacæ, valde perni-  
 ciosa evadunt; nam insolita utpote peregrina, nova  
 alienaque ægerrime perferuntur, indeque facilius in  
 adversam ac præjudiciosam, aut ancipitem, aut bo-  
 nam partem applicantur & convertuntur: ob id PLI-  
 NIUS dicit *Lib. 18. cap. 5.* *Incommoda parum lœdunt affue-  
 ros & Lib. 25. cap. 2.* *Consuetudo facit ut diutina mala levi-  
 us feramus:* & PLINIUS junior *Lib. 6. ep. 2.* sentit: *Mibi  
 leviora sunt incommoda, quod adfuevi, in eo enim flexilis**

A 3

homi

hominum deprehenditur animus, ut variis rerum vi-  
 cissitudinibus adsuescat, modo secundis, alibi adver-  
 sis, aliquando ordinatis, quandoque turbulentis ac  
 perversis: quæcunque itaque insuetum afficiunt, il-  
 la offendunt, ut, quæ alioquin innocentia videntur,  
 dura valde toleratu reddantur: hinc CHRYSOSTOMUS  
*Homil. 6. ad II. ad Timoth. confitetur: multum in bonis*  
*& in malis valet consuetudo & MAXIM. in Serm. de Job. Bap-*  
 ait: *Datur Consuetudo & insuetudo, quæ animum & cor-*  
*pus attinet, jam sanitatis, alibi ægrotationis, & quod in ju-*  
*ventute addiscitur, servatur in matura ætate: nec a verita-*  
*te deflectimus, si adserimus, quod in quolibet indivi-*  
*duo humano certa consuetudinis species reperiatur:*  
 hinc demonstratu haud difficile est, omnes homi-  
 num operationes in mentalib⁹ & naturalibus proces-  
 sibus dominio, imo jugo Consuetudinis esse subditas:  
 multa itaque notatunque per quam digna occurunt  
 exempla & testimonia, quam facile & fortiter causas  
 asperas & arduas tolerare doceat adsuetudo, ut in per-  
 ferendo duriori vieti, ferrei quasi nonnullorum ho-  
 minum reputentur ventres, in sustinenda singulari  
 aëris intemperie, barbaræ ac velut insensiles quædam  
 dijudicentur gentes, quæ vicissim in atmosphæra pu-  
 riori ac temperatori haud diu illibata sanitate frui  
 possunt, qualia singularia observationum specimina  
 concessit CASP. REJES. in Camp. Elys. juc. qu. 93. cui tit.  
*Consuetudinis admirandam vim esse, aliquibus autborum*  
*exemplis ostenditur: inter alia illico author n. 6. ita dis-*  
 serit: *ne igitur aliquando ab insuetis repente in nos inciden-*  
*tibus magnopere lædamur, satius esse inquit Galenus omnia*  
 tenta-

tentare, priusquam in aliquam deveniamus: est enim consuetudo altera natura ut Lib. 2. de temperam. cap. 4. docebat: Quemadmodum vero consuetudo in specialibus & particularibus operationibus, ad naturalem vitam spectantibus, datur, ita interdum observatur consuetudo in universo vitalis processus complexu, ad eoque in sanitate, hujusque opposito, inde dictoria manu sey der guten gesunden Tage, oder des fräckeln gewohnt innotuere: sicut SENECA eloquitur: de Tranquill. anim. cap. X. cogita compeditos primo ægre ferre onera & impedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile: nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quod cum sciret quibus ærumnis naferemur, calamitatum mollimentum consuetudinem irvenit, cito in familiaritatem gravissima adducens. Quoniam itaque Consuetudo & Insuetudo circa varia objecta & subjecta, ut & circa diversum vitæ humanæ, nunc commodum & acceptum, nunc incommodum & adversum versatur statum, ita præsenti Inaugurali Specimine observationem haud vulgarem, notatu tamen perquam dignam selegimus, de CON- ET IN-SUETUDINE ÆGROTANDI succincte commendare & explicare: cui labori ut omnipotens omnium rerum moderator almo suo præsidio atque auxilio adesse & succurrere, nec non salutares usus largiri velit, humillime precamur.

## §. I.

## §. I.

**D**E Consuetudine varia constant prædicata, quo  
pertinent versiculi: *Consueta jam prius minus*  
*gravant mala: magnum laborem consuetudo*  
*baud percipit: quemvis laborem consuetudo de-*  
*gravat, Parvissimum quoque insueto onus gra-*  
*ve est: perdunt suam vim cuncta consuetudine: dum ita-*  
*que impræsentiarum de consuetudine in tolerandis mor-*  
*bis & insuetudine facile suscipiendi, sustinendi & supe-*  
*randi ægrotationes agere constituimus, haud alienum a re,*  
*& instituto nostro erit, quo titulo præsentis tractationis*  
*aliquam lucem affundamus, quamvis ipsæ notiones nul-*  
*la obscuritate laborent: quoniam inter alias occupatio-*  
*nes medici officium etiam versatur circa cognitionem di-*  
*versarum relationum in hominibus erga morbos obviarum,*  
*ita etiam hujus consuetudinis relatio ad statum morbosum*  
*attentionem & explicationem meretur: nec tamen in-*  
*tentio nostra est de morbis consuetudinalibus hoc thema-*  
*te differere, velut sunt Hæmorrhogiae, congestiones san-*  
*guinis, spasmi, erisypelaceæ inflammations, quædam*  
*febres & febriles commotiones, aliae evacuationum spe-*  
*cies &c. nec etiam sermo nobis est de consuetudine in*  
*morbis ad certa remedia perferenda, aut de insuetu-*  
*dine certas medicamentorum species concernente, quem-*  
*admodum in observatione medica inclarescit, quod*  
*frequens medicamentorum usus subiecta velut insensi-*  
*lia reddat, nec salubrem amplius efficaciam possideat, sed*  
*potius frustra remedia ordinentur & continentur, ut in*  
*communi dictorio alii eloquantur, es wolle keine Arhe-*  
*ney*

nec mehr anschlagen, man sey des einnehmens schon gewohnt: neque hoc loco intelligimus certas consuetudinales qualitates, quae variis morbis se immiscent ac conjungunt, velut sunt molimina haemorrhagica, motus spastici, febriles commotiones, quae principales morbos comitantur, iisdemque ut *symptoma* accidunt, siquidem non raro consuetudinales *mores* variis morbis se combinare solent, iterumque morbum praesentem certa consuetudine *qualificatum* producunt: neque etiam illam consuetudinis ægrotandi titulo annumeramus observationem, quando quidam ex incongrua animi & corporis dispositione, nunquam certam morbi speciem subierunt, velut quidam homines ob prædominium pblematici temperamenti nunquam acutam & ardentem febrem experti sunt, aut quod febres acutæ testibus HIPP. *Seft. I. aph. 14.* AVICENNA *Fen. 14. tr. 2. c. 7.* ut & *Epilepsia* annotantibus VEGA lib. 3. de locis, AUGENIO tom. 2. Lib. 3. ep. ad Fabium Apicelum Senibus haud sint familiares. Neque porro illam consuetudinem ægrotandi appellamus, quando calidioris temperamenti subjecta plus una vice per totum vitæ tractum communi modo febres continuas persessa sunt; id quod etiam de reliquorum ac singulorum temperamentorum aptitudine & dispositione ad certos morbos suscipiendos aut excludendos valet: nec porro morborum simplices recursus, aut recidivas praesenti titulo annectimus, quoniam simplex recidiva, nondum consuetudinalis existit, licet crebriori invasione ac recursu talis evadere queat; testimonio intermittentium febrium, quae ob consuetudinalem recidivam tandem ita pertinaces reduntur, ut aut difficultem curam admittant, vel facile in alios affe-

affectus tympaniticos, hydropicos, hepticos &c. degenerent: nec hoc themate illos morbos notamus, qui *palliative & minus e fundamento curantur*, adeoque *aerbi*o*r* suo gradu paululum remittunt, post brevem tam  
men moram eodem & adhuc majori gradu corripiunt &  
revertuntur, quem statum haud consuetudini ægrotandi  
*simpliciter* adscribimus; interea variis haec tenus re-  
eensitis morborum qualitatibus consuetudo accidere pot-  
est; quare *atiam* significationem illius ægrotandi con-  
suetudinis hoc loco intelligimus: quemadmodum vero  
*quælibet* ratio consuetudinis non ad *essentiales* morborum  
qualitates, sed ad *accidentales* respectus pertinet, ita præ-  
sentis instituti observatio in sensu *discreto* annotanda &  
intelligenda est, quæ tamen ut in reliqua deductione in-  
dicabimus, *mogni* utique momenti existit: ex hisce anno-  
tationibus *generatim* inclarescit non modo quam *ampli-  
fica* doctrina de consuetudinis æstimatione, applicatio-  
ne & tractatione in foro medico sit, sed & quam *vari-  
as* observations & animadversiones illa in *sanitatis* sta-  
tu & *morborum* systemate suppeditet, ita ut in officio  
tuendi, conservandi & confirmandi sanitatem, nec non  
in processu præservandi & curandi ad minimum juxta  
bonam scientiam & conscientiam tractandi morbos ea-  
dem doctrina applicari queat.

### §. II.

Pro ulteriori præsentis tituli enucleatione & illustra-  
tione indicandum esse judicamus, quid *Consuetudo* sit, quæ  
cognitio nobis dein facile sensum oppositi, sive *Insuetudinis*  
suppeditabit & significabit: vix vero melius consuetudo  
definiri potest, ac *Illustris STAHLIUS* *disp. de Consuetudi-  
nis*

nis efficacia generali in actibus vitalibus s.n. & p. n. tb. 1. protulit, dum profitetur: consuetudinis vocabulo designamus promptitudinem certam tam ad agendum & in agendo, quam etiam subinde ad tolerandum & a sollicitis & operosis resistendi moliminibus sibi temperandum: singuli hi respectus sunt reales & in veritate facti certi atque evidentes; dum vicissim provocatio ad certam dispositiōnem corporis in infirmo, dubio, obscuro ac fallaci supposito, nec non eximie metaphysico respectu consistit: complectitur vero consuetudo quoad finalē respectum, aut commissionem, aut omissionem; de utraque ita Celeb. STAHLIUS l.c. tb. 5. differit. scopus ille est vel commissio sive executio aut prosecutio certi propositi: vel omissione, tolerantia quadam certi alicujus incommodi & minor metus inde alias suspicandi periculi: ita Aristoteles suo jam tempore ad Consuetudinis occupationem & relationem præter actionem etiam passionem numeravit: dum quidam homines adsuescunt tolerandi & sustinendi quasdam alterationes, quæ prioribus usibus, aut aliis hominibus sensibiles offensiones causari solent: itaque in certis casibus Consuetudo illa modo circa actionem, modo passionem versatur, dum quadam objecta singulari sensationis lenitatem, moderationem ac patientia admittuntur, nec iisdem impetuosis, præcipitatis & multiplicatis modis motibusque resistitur; prius versatur circa passionem, posterius circa actionem: quare Consuetudinem agrotandi nominamus illam naturæ humanae qualitatem, qua extraordinariae corporis humani & oeconomiae vitalis alterationes, crebriori sua invasione ob frequentiorem perpetuationem & observationem, nec non comparate meliorem cognitionem illarum

rum non modo mitius , patientius & temperarius toleran-  
 tur , sed & directorio placidiori , moderatori & aequabi-  
 liori cum relative bono aliquali successu instruuntur & tra-  
 dantur . Hæc genericæ hujus confuetudinis explicatio-  
 facile Insuetudinis ægrotandi verum sensum subministra-  
 bit , dum illam naturæ humanæ qualitatem denotat , qua  
 ob valde raram oeconomiae vitalis extraordinariam of-  
 fensionem semel invadens nova morboſa species non  
 modo impatienti , fastidente , adverso & indignabundo  
 affectu excipitur & toleratur , sed & immoderato , irre-  
 gulari , vehementi ac perverso modo & motu , utplu-  
 rum pernicioſo cum decursu & eventu proſtagatur :  
 inde innouere illæ loquendi formulæ , quæ de diutur-  
 no valetudinario prædicantur , er sey des frank seyns , o-  
 der kräckelns schon gewohnt , er wüste nicht mehr wie einem  
 Gesunden zu Nuthe ; frank seyn erhielte ihn beym Leben ,  
 er sey unter vielen Krankheiten alt worden , er siehe und  
 franke alles aus , ein jeder periodus seiner Jahre und  
 Alters - Änderung habe sich mit Krankheiten angefangen  
 und vollendet ic . & vice versa : dieser oder jener Mensch  
 sey wenig frank gewesen , darum sey er der Krankheiten  
 ungewohnt , folglich so zeitig oder an der ersten Krankheit  
 gestorben : vollkommen gesunde Menschen , leben nicht lang :  
 imo hujus observationis gnari & consciī vel medici , vel  
 alii homines , valde ſanſtrum morbi exitum , in homini-  
 bus metuunt , qui nunquam ægrotarunt : exinde generatim  
 quadantenus & quaſi adhuc in theſſ liquet , Con- & Insue-  
 tudinem non modo circa ſubjecta & objecta alioquin bona ,  
 utilia , grataque , ſed & aliena , moleſta , alioquin adverſa &  
 exofa versari , qualis ſtatus ægrotationis eſt , qui ſtatiu in te-  
 gri-

gritatis ac sanitatis diversis contrariatur respectibus: proinde sciendum quod *Consuetudo ægrotandi* longiorem adeoque *chronicum* morbosum processum complectatur, quemadmodum consuetudinis forma habitum *effectivum* præc. ex *crebriori* alicujus actionis exercitatione & repetitione acquisitum, involvit: quales generales respectus ad *illam* qualitatem applicari & accommodari debent, quando consuetudo circa *passionis* prædicamentum versatur, in qua tamen consuetudinis constitutione non omnis currens &c *connexa actio* excludi potest: Quod vero vi-  
cissim *insuerudinem* attinet, tunc illa *breviorem* comprehendit periodum, quando videlicet commercium ac relationem cum *actuali* morbosæ invasione init, quæ *cita-  
tiorem* vitæ circuitum ac decursum involvit, subinde etiam ut plurimum majorem & excitatiorem *sensibilitatem* naturalem, sub reliqua *densori*, sœpe crassiori, magis procera generis nervosæ & reliquæ *constitutionis* corporis fabrica, gerit, dum contra *consuetudo ægrotandi*, majorem *insensibilitatem* & sic dictam *duritiem* (man ha-  
be eine harte Natur) sub reliqua non raro *teneritudine*, & *gracilitate* corporis complectitur, quales respectus evi-  
denter necessitati *physico-mechanicæ* contrariantur.

## §. III.

Ut nunc ad *specialiorem* præsentis observationis explicationem & commendationem appropinquemus, placet quoad *historicam* illius tractationem, nonnullas scitu dignas circumstantias commemorare, & quidem prius quoad *consuetudinem* *ægrotandi* non quidem corporis *gracilitas*, *teneritudo* & grande illud *occultæ* qua-  
litatis & *metaphysici* *insomnii*, videlicet generis nervosæ

debilioris, subtilioris & mollioris asylum ob aliquam cœ-  
 cam præsumptionem & fictionem illam consuetudinem  
 necessitas aut absolute afferit & infert; nam *veritas facti* &  
*historica consideratio* testatur, quod æque homines soli-  
 dioris, densioris, firmioris & amplioris structuræ cor-  
 poris *banc ægrotandi consuetudinem nanciscantur*, ut  
 alii talium hominum quasi *metamorphosin*, sub crebrio-  
 ri ægrotatione acquisitam admirentur & eloquantur, ein  
 solcher Mensch sey durch vieles Krank seyn, ganz verkom-  
 men, und von seiner vorigen Gestalt, Munterkeit und Leb-  
 haftigkeit verfallen, tales vero valetudinarii vicissim re-  
 gerunt, es sey nicht zu bewundern, da man so viele Krank-  
 heiten ausgestanden, und darüber unvermerkt alt werde:  
 nec tamen in ejusmodi subjectis *talis debilitas ac imbe-*  
*cillitas, qualis prædictæ opinioni congruere & nativa*  
*aut connata vocari posset, quin rectius in iisdem singu-*  
*lare robur naturale deprehenditur, quo mediante & mi-*  
*nistrante tam diu sônticas tales morbosæ afflictiones su-*  
*stinere, tolerare & sub iisdem perdurare solent, sie*  
*müssen eine harte, starke, gute, veste, dauerhafte, eiserne*  
*Natur haben, daß sie bey dergleichen kranklichen Zu-*  
*standt so lang leben und ausdauern können: vicissim ve-*  
*ro debiliores & infirmiores citiori temporis circuitu vi-*  
*ta privantur, de quibus asserunt, es wären schwache,*  
*elende, jährliche, hinfällige, ohnmächtige, krafftlose Men-*  
*schen gewesen: quare hæc consuetudo in perferendis æ-*  
*grotationibus aliquale comparatum *robur naturale* in*  
*individuis non tam supponit, quam *realiter comprehen-**  
*dit, quo tam frequentes morbosæ afflictiones non mo-*  
*do tolerari, sed & superari aliquamdiu possunt: nec ta-*  
*men*

men talia subiecta in *zenellula* etate arduis & multis morbis enervata & exhausta deprehenduntur, sed cum & sub aliquali *accremento* annorum, roboris & sanitatis, tandem per initia *levioribus* interdum, aliquando etiam gravioribus morbis subjiciuntur, & ex iisdem emergunt, donec *crebrior* morbosa afflictio eadem corripiat, quam perinde sustinent & superant, usque dum illa consuetudo occupet, de qua alii dicunt, man müsse sich nicht mehr an ihr Franck seyn kehren, sie stürben nicht davon, sie wären schon gewohnt: hinc accidit, ut nonnulli homines *plus una vice gravissimis* obruantur morbis, quos nihilominus eluctantur, ut alii eloquantur, sie hätten viele und schwehre Krankheiten ausgestanden, wären auch dahero ganz abgehärtet, könnten viel ausstehen und vertragen, es müste sie hart angreissen, bis sie sich geben oder legten &c. inde etiam facile ac *brevi* mora denuo *vires* colligunt, ac visibilem externum *emendatum* conspectum induunt, sie erholen sich bald wieder: ast hæc sanitas *baud* firma ac constans est, sed facile iterum cum *adversa* permutatur valetudine, hinc singulis ferme *Mensibus* *variantes* morbosas calamitates experiuntur, de quo statu impatientes enunciant, man sey die ganze Woche Franck, und wäre doch Sonntags keine Beiche oder Begrünbiß: & quamvis quædam talia subiecta *palmario* quodam *chronico* morbo laborent, velut asthmatico, catæctico, hypochondriaco, hysterico, hectico, flatulento, colico, anomalia mensium, haemorrhoidum, viscerum infarctu, spasmodico morbo &c. tamen cum eiusmodi affectibus varia connexa sunt *symptomata*, quæ per temporum intervalla *plus*, quam *principalis* morbus affli-

affligunt, velut varii intricati dolores capitis, rheumatismi, lipothymiae, debilitas & vertiginosa perturbatio capitis, angustia praecordiorum, palpitatio cordis, oppressio pectoris, ventriculi afflictiones, inflatio, atonia, imbecillitas, anxietas cardialgica, anorexia, appetitus & virium prostratio, &c. &c. adeo ut ferme in talibus valetudinariis *indies nova* morbos a calamitas ingruat & cripit, & semper antiquata symptomata cum *novis* permutentur, hinc si *varietas* non delectat, id tamen efficit, ut *præteriorum* haud anxie talia subjecta recordentur, quia in consuetudine *nova* morbos specimina subeundi versantur: interea sub hoc decursu morboſo *tales excretiones* contingunt & succedunt, quæ præviæ afflictioni *quadantenus* convenient, unde hæc iterum minuitur, vires paululum reficiuntur, appetitus denuo reddit, & ad brevem moram aut paulo longiorem tractum temporis, a morboſo statu *immunes* interdum videntur hactenus afflicti, usque dum novum insultum morboſum patiuntur.

## §. IV.

Nec tamen hæc consuetudo ægrotandi *necessario* in subjectis *chronicum* morbosum statum involvit, sed tantum *iteratam* aliquam ægrotationem complectitur, quæ conditio circumstantiarum intervalla *sani* etiam status comprehendit; ita ut morbi per temporum tractus se invicem *excipientes* & consequentes aliquando *connexi* sint, aut quoad *principales* causas consensum servent, quam animaduersionem illustrant dispp. *Celeb. D.D. STAHLLII de morbis Consequentibus, de Metaschematismo Morborum & D.D. PRÆSIDIS de Morborum Consensu:* Hinc  
œco-

oeconomia animalis haud in perenni statu ordinariorum qualitatum consistit, sed extraordinaria contingentia experitur, ac subinde in statu præternaturali exercetur; siquidem sub vita humana rerum vicissitudines ita dispositæ & comparatae sunt, ut non continua serie illam qualitatem, proportionem ac temperaturam, quæ certis individuis convenit, servent; eapropter ille præstans, peritus, exercitatus, fortis, probatusve nominatur & reapse existit, cui varia, diversa, adversa, discreta, perversa, periculosa, perniciosa, odiosa, molesta & ardua etiam obtigerunt, ut ad utrumque statum, securitatis & offensionis, ad bellum & pacem, ad amica & inimica paratus & exercitatus sit: parili modo varii homines non paucos morbos numerare & indicare sciunt, quibuscum per totum vitæ tractum conflictati sunt: ob id HIPPOCRATES de feminis differit, quod bis patientur morbum, quid quod hæc crebrior ægrotatio, qua e junioribus ætatis sequior sexus affligitur, causatur, cur mulieres multo difficultiores morbos patientur & ex iisdem facilius emergant, seque colligant, quam viri, id quod non modo quotidiana comprobat experientia, sed & plurimi, qui mulierum naturam & morbos descripserunt, testantur: conf. P. ZACCHIAS Qu. med. leg. Lib. 4. tit. 1. qu. 8. n. 17. 18. cujus verba merentur allegari: sunt qui morbos magnos, exitiales & horribiles pati & ex illis præter spem non semel, aut bis, sed muleoties sanari CONSUEVERUNT: Vidi ego, qui quolibet trimestri spatio tali morbo afflictaretur, ut nullum excogitari posset tam exitiale symptoma, quo ex illo morbo non molestaretur - - universaliter autem videbis mulieres multo difficultiores & atro-

*ciores morbos pati, quam viri faciant, & tamen se ab illis  
 facilius extricare, quod cuilibet volenti adnorare licebit: & ita  
 HIPPOCRATES ex observatione communis testatus est lib.  
 de Morb. Mulier. (conf. MERCATUS de commun. mulier.  
 affect. lib. 1. c. 2.) quod feminæ multorum morborum sint  
 participes: & quamvis per aliquem temporis tractum fœ-  
 minæ hanc consuetudinem ægrotandi protrahant, tamen  
 illarum natura ita tandem enervatur, ut aliquando juxta  
 ROD. a CASTRO testimonium de Nat. & Morb. Mul. Part. 1. lib.  
 1. c. 15. breviorem vitæ terminum nanciscantur: quamvis alii  
 dentur homines, qui ad proiectiorem ætatem sub hac æ-  
 grotandi consuetudine perveniant. Sub hac consuetudi-  
 ne ægrotandi, quoad communem decursum morborum, ta-  
 les affectus haud summum gradum consecuti sunt, qui a-  
 lioquin facile huic consuetudini finem imponit funestum,  
 nec etiam vires ad extremum exhaustæ apparent, sed ob-  
 servatur in afflictis subjectis supplementum quoddam vi-  
 rium, quo mediante morbi sibi invicem succedentes &  
 supervenientes superantur: quid quod hæc consuetudo  
 ita increbescit, ut, quando extraordinariæ quedam o-  
 perationes in aliis subjectis moderato quodam peragun-  
 tur gradu ac schermate, in hisce morboſo processu perfic-  
 ciantur, quare tales homines eloquuntur, es greife sie alle-  
 zeit dergleichen Zufall hart an, sie müſten des Betts da-  
 bey pflegen, müſten es allezeit aussiechen, auskranden &c.  
 v. g. quando coryza aut tussi corripiuntur, facile febri-  
 les commotiones superveniunt, quando paululum ventri-  
 culum onerarunt, per plures dies inde prosternuntur,  
 affliguntur, quin anomalas febres, quas Magen-Gieber ap-  
 pellant, experiuntur, quando liberaliorem transpiratio-  
 nem*

nem paululum turbant, mox catarrhis, rheumatismis, spasmis, febrili commotione corripiuntur; quando aliquin paulo liberalius aëri se exponunt, mox capitis do-lores, oppressiones pectoris, defluxiones catarrhales &c. subeunt; quale quid sub reliquo rerum sic dictarum non naturalium improviso usu contingere solet: inter alios tales valetudinarios, consuetudine ægrotandi præditos, impr. innotuere hypochondriaci, purpurati & ex sanguinearum evacuationum anomalia afflitti: præterea sub hac qualitate Consuetudinis ægrotandi illæ observantur circumstantiae, quod talia subjecta quadantenus sui curam sub adversa valetudine habeant, interdum plane nullis artificiosis adminiculis, præter regimen tranquillum & congruum, utantur, multo minus nova, perversa, dubia, minus secura, gloria & potentia medicamenta ingerant, omnium minime fallacibus experimentis se subjiciant, sed tantum innocentia domestica quædam media usurpant & ita non raro sine medico, ut ut haud sine medicina convalescant, insuperque naturæ suæ medicatrici multum tribuant: hæc consuetudo ægrotandi in aliquibus subjectis morbosum prodit conspectum, unde facile agnosceré vacat, quod adversa valetudine prædicta sint, es wären schwäche, Fräckliche, ungesunde, sieche Leute, sie wären wenig gesund, hätten ihre beständige Noth und Leibes-Beschwehrung; attamen vicissim alio talia observantur individua, quæ quoad externum conspectum comparate sana apparent, attamen frequenter ægrotant, ut ea propter alii de vera illorum ægrotatione ambigant & dubitent, exclamantes es sey Einbildung, Verstellung, ein geziertes Wesen u. unde perinde contrariae qualitates

C 2

occur-

occurrunt, quando tales homines sub *sano* habitu *externo ægrotant*, ac si præsentibus pulsū & urina sanis ægri moriuntur: præterea testimonia practica comprobant, quod ex consuetudine ægrotantes interdum *seram* assequantur *senectam*, ac, ut supra indicavimus, sub crebra ægrotatione senescant: quodsi vero tales homines, ægrotandi consuetudinem *intrantes*, *impatienti* ac anxia cura & sollicitudine varia *experimento* audaces & imperitos medicos, multiplices sibique contrariantes medendi methodos, imo *multiplicia* media in consilium ac usum ducent, tunc illa consuetudo *citius* funestum finem obtinet: denique in ejusmodi valetudinariis illa etiam *facultas* observatur, quod illorum *natura flexilis*, *morum* *systema* tractabile & evacuationes *retentioni* & *promotioni* æque facile obnoxiae existant; quamvis ubique multiplices, ut ut haud pertinaces, refractarie & impetuose *anomaliæ* concurrant: Et hasce principales circumstantias in *bistorica* præsentis observationis delineatione significare placuit.

### §. V.

Quare nunc ad alteram observationem *INSUETUDINIS* *ÆGROTANDI* quoad *Historicum* conspectum, sive potiora momenta & indicia, explicandam accedimus: hæc qualitas itaque peculiarem classem hominum quoad *sanitatis* & *ægrotationis* respectum, constituit: hæc insuetudo ægrotandi *oppositam* habet consuetudinem illibata *sanitate* fruendi, quemadmodum tales homines subtali *integra* & firma sanitate interdum ad *provectionem* ætatem, aut *notatu* dignum *senium* pertingunt, hinc ut plurimum de *longævis* hominibus testimonium perhibetur.

tur, quod per totum vitæ tractum, (juxta tenorem formulæ) nullo laboraverint morbo; quare iterum de talibus subjectis asseverandum & ex observatione indicandum est, quod vegetis, *firmis ac robustis viribus* naturalibus instructi sint, id quod ex simplici illo documento probare licet, quod tales homines sub *privilegio* velut sanitatis *tom diu* sine offensa vitam protraxerint, dum interea relative myriades hominum morbis correpti fuerint; & si tales homines conciliationem calculi aliorum hominum instituere malent, qui interea aut morbis correpti, aut morte surrepti fuerunt, *ineffabilis* ferme inde colligi poterit numerus: tales itaque homines a *sanis & vigorosis parentibus* geniti, hanc sanitatem & firmitatem animi atque corporis velut jure *hereditario* possident; quo præcipue *longæva* pertinent stemmata, inde vocantur *Stammhaſte Menschen*, unde stirpes & familias certæ *quasi immortales* redduntur, & vocantur *Stammhalter*; tales homines mox a *teneris firma ac robusta* natura prædicti deprehenduntur, & si non sub *educatione* emolliuntur, aut *indulgentius & delicatius* tractantur, in hac naturali firmitate augescunt & confirmantur: hinc *molliori, laxiori & comparate debiliori ætate* *aduerscunt* sanitati ac quoad animi & corporis robur successive magis increbescunt: necesse vero insuper est, ne tali vigore *abutantur*, neve hunc *juventutis* vitiis destruant aut offendant, alias aut cito vita privantur, aut ægrotandi consuetudinem nanciscuntur: in ejusmodi subjectis, facultate insuetudinis ægrotandi instructis, *omnes functiones* morales, animales, vitales & naturales moderate, prompte & communiter *legitime* succedunt, inde *perenni integra*

fruuntur sanitatem & sub tali ordine relative justae vivendi regulae adiungunt, qua sanitatis conseruator asservatur, insuper causae morbificae nec adeo delicate ac sensibiliter apprehenduntur aut admittuntur, quin rectius tempestive ac moderate, attamen efficaciter & sufficienter removentur, ne accumulentur aut deteriorentur: imprimis vero tales homines aut ob moderatam mentis indolem, aut necessitate coacti, aut ob tenacitatem & avaritiam raro diatrae vitia ipsis infensa committunt, hinc non raro ultima qualitatis homines, non modo diu vivunt, sed & raro ægrotant, inde innotuit dicterium, die geistigen Gilde geben den medicis nichts zu verdienen & videntur quasi cum morte pactum iniverint: non raro etiam in subjectis insuetudine ægrotandi qualificatis, spontaneæ extraordinariae salutares excretiones succedunt, velut quædam haemorrhagiæ, sudores, alui fluxus, de quibus affirmant, quod eximiā ipsis utilitatem afferant, unde patienti ac moderato regimine, haud facile vero artificiosis auxiliis illis succurrere solent: multo minus talia subjecta medicamentosissimis adminiculis utuntur, sed diæticis mediis sanitatis suæ tutelam ac elevationem erigunt: quam primum enim homines firmitate & integritate naturali prædicti, in artis inventis ac officiis asylum & protectoriū sollicito & crebro usu ac studio querunt, ab eo termino sanitatis privilegio & insuetudine ægrotandi destituuntur: servant insuper ut plurimum talia subjecta ordinem & consuetudinem in cibo & potu, partim quoad quantitatem, partim quoad qualitatem, nec non quoad motum & quietem, quoad virium applicationem, quoad somnum & vigilias & hanc regulam pro arcano longam sanam-

*sanamque vitam acquirendi, aestimant & applicant; unde si vel paululum ab hoc recepto ordine discedunt & defle-*  
*ctunt, mox inde molestias experintur: & quamvis ejus-*  
*modi homines bonis instructi sint viribus, attamen haud*  
*rudes ac trunci, sed mediocri sensibilitate gaudent, qua*  
*quidem res adversas & infensas facile percipiunt, sed iis-*  
*dem in ordinario tramite moderate & tempestive resistunt,*  
*& ita opportune majorem noxam intercipiunt & avertunt,*  
*indeque statui sanitatis adsuescunt, ad morbosa vero sche-*  
*mata actualia perferenda & tractanda impatientes inido-*  
*nei & insueti evadunt.*

## §. VI.

Nec tantum ad ægrotandum insueti firma & diutur-  
na aliquando sanitate fruuntur, ut nescii ferme sint, quan-  
do unquam ægrotarint, sed & ad leniores ac graviores  
morbos subeundos impatientes admodum sunt, quare  
mitiores morbosos affectus, æque valde ægre perferunt,  
satisque immorigeri, quippe in statu *insolito*, observantur,  
indeque e minori malo, sub longiori dura<sup>t</sup>ione, successi-  
ve majora accrementa nanciscuntur, quin non raro tan-  
dem vita privantur, ut alii in admirationem ducant, quod  
schema levioris morbi præter omnium expectationem, ta-  
lia acquisiverit augmenta & eloquantur, man habe sich  
nicht einbilden können, daß patiens an dieser Krankheit ha-  
be sterben können und sollen: quodsi etiam *lenzor* talis af-  
fectus letalem exitum haud attingat, tamen in longiorem  
temporis terminum se protrahit, ut tam facile & cito ad  
sanitatem minus subjecta talia perveniant, sie können so  
bald aus solcher Krankheit nicht eluctiren, sind einmahl  
ins Krank seyn hinein gerathen und können nicht wieder her-  
aus

aus kommen: quod si etiam post longiorem moram tandem convaluerint, futura tamen sanitas haud ita illibata, integra & firma est, ac præterita extitit, indeque interdum valitudinarii redduntur, aut plane aliquando ex prævia insuetudine in consuetudinem ægrotandi converuntur: interdum accidit, ut morborum insueti, quando in provectioni ætate post diuturnam sanitatem in morbosum tandem affectum incident, sub eodem vita priventur, de qualimorbo & ægri & adstantes juste metuant, quod funesto exitu decurrit, inde admodum sollicita, onxia & ominosa prognostica de primis ejusmodi morbis formantur: quid quod evenit, ut, si primus talis morbus benignior & sua specie lenior fuerit, in tali subiecto non modo perversos progressus faciat, sed & oblatis congruis auxiliis medicamentosis minus obtemperet, quæ contraria, aut ambiguam potius operationem proferunt, & ipse morbus periculofiora accrementa capiat; inde innoverunt locutiones, es habe sich alles in dieser Krankheit zum sterben angelassen und angeschickt: nec tamen talis morbus subitaneos progressus format, ni alias de acuta prosapia, aut indole existat, sed relative sæpe lente decurrit: quare periti & judiciosi medici ex anticipi difficulti, perversa aut contraria fidorum remediorum oblitorum operatione, sinistrum illius morbi decursum ominantur & colligunt: es habe keine Arzeneien anschlagen wollen: proinde præcipue sub ejusmodi morbis auxilia confortantia, roborantia & nervina, sive diaœtetica, sive pharmaceutica adhibita, desideratum & speratum effectum haud edunt, quin potius ægri magis enervantur, ut talis inopinata virium jactura totum morbi processum suspectum utique reddit: hinc

hinc *pulsus* observatur lenis, mollis, parvus, depresso;  
 tardus, debilis, intermittens, inæqualis & valde *incon-*  
*ſans*: præterea totus morbi successus valde *mutabilis* est,  
 dum nonnunquam signa *bonæ spei* & *expectandæ* convale-  
 ſcentiæ affulgent, quæ vicissim post *per breve intervallum*  
 ſubito *evanescunt* & in *suspecta*, aut *lethalia* symptomata  
 ſe immutant, inde eloquuntur, es habe keinen Bestand  
 mit den Patienten, es verändere ſich die Krankheit ſo leicht,  
 geschwind und oft, er werde wohl drauf gehen: præter ha-  
 ßenus dicta indicamus, quod in morbis, qui ad ægrotan-  
 dum *insuetis* accidunt, *insolita*, pertinacia & *incongrua*  
 symptomata superveniant, velut inopportuna & incon-  
 venientia *Hæmorrhagiæ* ac ſimiles apparatus hæmorrhagi-  
 ci, immoderatae congeſtiones, irregulares ſpasmi, turbu-  
 lenti motus febriles, febris lenta anomala, diurnæ reten-  
 tiones alvi, incongrui fluxus alvini, ſuspectæ virium pro-  
 strationes, inexpectatum robur corporis, appetitus ali-  
 quando avidus, phlogosæ, cardialgiæ, ſuspectæ per-  
 turbationes aliarum ordinariarum & ſalutarium evacuati-  
 onum, affectus ſoporosi, inopinati perversi dolores &c.  
 &c. haud raro *insueti ægrotationum medicamenta*, præ-  
 cipue *specioſo artificio* parata, aversantur, *odorem* videli-  
 cer & *saporem*, tanto magis effectum illorum *ægre* ferunt,  
 unde alios *adversos* ſapores, ad medicamenta *æquiparare*  
 ſolent, es ſchmecke wie Arzheney: aſt *domestica* quædam au-  
 xilia, quæ medicamentosam & alimentosam virtutem con-  
 junctam habent, paulo magis perferre poſſunt; nam in-  
 ſuetudo *ægrotandi* cohæret etiam cum *insuetudine* perfe-  
 rendi medicamenta: non infrequenter etiam morborum  
*insueti immunitate* quadam fruuntur, ne facile ab *Epi-*  
D *miciis*

*micis affectionibus affligantur & corripiantur, quare de longa-  
vis aliquando prædicatur, quod non modo perenni sanitati  
prædicti fuerint, sed & quod aliquoties sub pestilentiali  
grassatione salvi permanserint, licet inter ægros & mortuos  
commercialia sua exercuerint, quod cum admiratione inter-  
dum de quibusdam vespillonibus recensetur, & hoc pri-  
vilegio sanitatis freti, hanc eximie infectionem & contagio-  
um morbosum metuant, ac sub tali intrepido & confidenti  
animo per pericula ac invasionis morbosæ metum eluctan-  
tur: quando vero in aliquem morbum æctu incident, tunc  
ob insuetudinem ægrotandi, nimis sensibiles, afflitti, timidi & anxii, nec non immoderati, impatientes & intractabili-  
les existunt, sub quibus qualitatibus subinde morbus le-  
vior graviora capit incrementa, nec raro funestos plane  
decursus atque exitus experitur.*

§. VII.

Posteaquam *historicas circumstantias, quæ ad præ-  
sentium observationum explicationem spectant, comme-  
moravimus, ita nunc in ordine alias causas, huc quædran-  
tes, proferemus: quod itaque Consuetudinem ægrotandi  
concernit, tunc vera ratio haud in nudis affectionibus phy-  
sicos, nec in certa corporis constitutione consistit; præter-  
quam enim hæ causæ nominantur & indicantur, nulla alia  
solida redi potest demonstratio, deficit enim solida ra-  
tio connexionis & argumentationis ab illa consuetudine ad  
hanc constitutionem corporis, ni lepidæ ac incongruae affi-  
mationes, æque perperam applicabiles, per eminentem  
petitionem principii producantur & obscurum per æque ob-  
scurum, aut unum suppositum altero supposito tractetur;  
quare tales paralogismos æstimare haud possumus, sed  
rectius*

rectius removere debemus, quoniam Consuetudinis formam magis confundunt & obscurant, quam illustrant: etenim si in corporis qualitate illa consuetudinis ratio hæret, diu illud in & sub prædicamento *læsonis*, violatio-  
nis & perturbationis morbosæ dure ore hædū posset, sed ex  
absoluta necessitate physica cito corruere deberet; quare  
ejusmodi cause cum historia reiplane non conveniunt, quin  
potius manifeste eidem contrariantur: enim vero con-  
suetudo ægrotandi aliqualem vitæ protractionem, inexpe-  
ctatam & admiratione dignam ejus prolongationem com-  
plectitur, quæ qualitas crebriori ægrotationi magis adver-  
satur, dum morbi corpus magis labefactant, lœdunt & ener-  
vant, ut quidem frequentior ægrotatio juxta nude physi-  
cum respectum corpus ad crebrioses, faciliores & pericu-  
losores invasiones morbosæ disponat, indeque citatio-  
rem illius destructionem & interitum invitaret, haud vero  
altera qualitate, funestis cursibus & effectibus resistendi  
instrueret; interea homines hac consuetudine ægrotandi  
prædicti, plures morbos strenue superant & sub adversa  
valetudine diu perdurant: neque etiam huc satisfacit accu-  
fatio naturalis roboris, quod quidem certam qualitatem  
constituit, qua morborum lethifera vis infringitur, quæ  
qualitas corpori non propria & essentialis est, quoniam il-  
lud morbo oppressum est, nec sub statu *læsonis* & violatio-  
nis, alio plane quam ordinario modo, se curare & red-  
integrare potest, nisi quoad hoc obstaculum ad illud asy-  
lum confugere malimus, Deum corpus peculiari hac fa-  
cultate instruxisse, id quod non nisi per crassam petitio-  
nem principii ex effectu, qui tamen nulla suppositione, sed  
perspicua, solida ac indubia ratione probandus esset, con-

D 2

firma-

firmatione, ut videtur, instrui posset: interest itaque ut illud robur *congrue*, proportionate & adæquate *contra* morborum vim & efficaciam *mortiferam* impendatur, ut æger vel a præsenti morbo affectu liberetur, vel in talem statum convertatur, ne morbi *reliquia*, aut *mitior* succelsus, acerbiora & plane lethifera capiant incrementa: & quis ita credulus aut levissimi fuerit judicij, ut ex ea consideratione, quando æger iterum appetitum experitur, alimenta assumit & pedetentim *robustior* appareat, robur & vires *materiales* esse autem! siquidem jam robur, sine *materialium* subiectorum ingestione, iterum *prima* capit exordia, quando *appetitus* redit & æger somnum capit, imo dum robur ad tolerandos & concoquendos cibos requiritur; si itaque hoc tempore robur & vires non ex *materiis* egrediuntur, quis cogit credere, quod posthac vires *materiales* evadant; siquidem manifestum *paralogismum* involvit, si quis concludere vellet, quod quia reparatio *virium* cum ingestione *ciborum* cobaret, eapropter vires ex *ingestis* proveniant, dum constat vires etiam requie animi & corporis, somno, grato nuncio, gaudio, delectatione, spe, confidentia, musica, amicibili compellatione, donorum gratorum & desideratorum oblatione &c. &c. indies refici & erigi, vicissim vero nonnulla esculenta & potulenta, quæ in uno individuo ad *confortationem* conferunt, in alio præsentaneam *enervationem* causantur: in quo casu iterum ad *dixerantem constitutionem* corporis non nisi per petitionem principii confugeremus & provocaremus, quæ nondum demonstrata est, sed in favorem *præconceptæ opinionis* præsumitur, dum ad *occulta* pertinet, de quibus etiam *nec medicus* *judicare* potest: cum vicissim non respe-  
ctus.

Etus physici in hac observatione excitandi & augendi roboris per ingesta, rei cardinem absolvunt, sed uti mundus regitur opinionibus, ita potius ratio estimationis & aversionis plurimum illico valet: unde brevissima tantum penititatione indicamus, quod consuetudo ægrotandi non materialibus causis tribui queat & debeat.

## §. VIII.

Hujus consuetudinis ægrotandi vera & genuina ratio, ut supra §. 2. indicavimus, complectitur partim passionem, partim actionem: *Passio* comprehendit moderatam, placidamque variarum alterationum ac offensionum tolerantiam, dum ob *crebriorem* illarum admissionem & perceptionem sensus ita *familiares* ac cognitas sibi illas reddit, quo earundem præsentia, non *inopinata*, nova, peregrina adeoque haud valde molesta, *adversa* ac perniciofa æstimetur, sed sub reliqua sua *affligente* qualitate, tamen ut contingens saepe, aut aliquoties perpeßum, tractentur, nec insigni horrore, angore, pavore, odio, fastidio, indignatione &c. profligentur; quemadmodum vicissim accidentia *rariora* & *infolita*, *animum* magis *turbant*, afflidunt & cruciant; inde innotuere locutiones, es sey einem diese oder jene Begebenheit nichts neues oder ohngewöhnliches, man könne sich schon darein finden, man sey darinnen schon geübet und geprüffet: cui enim *crebriores* afflictiones obtigerant, ille easdem haud adeo *ægre* admittit & suscipit, ac alius cui illæ *nunquam* aut *raro* evenerant: nec æque necesse est, ut semper una eademque species offensionis existat, sed *discrepantes* calamitates firmant quasi animum: tali modo respectus *passionis* constitutus est, in consuetudine circa negotia *moralia* & *sensualia* occupata

ac versante, quæ perinde commercium habent cum ob-  
jectis corporeis & vel aestimationi, vel organis sensualibus  
corporeis adversa, molesta & infensa sunt; an vero nunc  
consuetudo economiam vitalem concernens, in eodem  
respectu plane alterius, novæ & contrariantis sit formæ;  
dum æque circa qualitates corporeas ex parte versatur,  
quando variæ noxiæ materiæ, ac motuum turbæ corpus  
molestant & affligunt, haud facile quisquam solida, proba-  
ta, sobria & luculenta ratione demonstrare & confirmare  
poterit, dum contra convenientia consuetudinis quoad  
formalem suam rationem in moralibus & sensualibus opera-  
tionibus, etiam identitatem & æqualitatem consuetudinis  
quoad formalem causam in vitalibus aliquæ naturalibus  
processibus admittit: inde innoscit, quod & cur aliqui  
adversæ oblationi certorum subjectorum, nervos organo-  
rum gustus, olfactus, auditus &c. adsuescant, ut in futu-  
rum illa faciliter sustinere ac perferre, nec non placidius,  
benignius & temperatius tractare queant, soleantque, ma-  
nifesto testimonio fumi tabaci, ut & variorum esculento-  
rum & potulentorum, ut non necesse habeamus ad rariores  
observationes confugere & provocare: & ita in uno tertio  
circumstantiae in morbis convenient, quando ad eosdem  
excitandos varia subjecta materialia intiorem corporis  
regionem, & illico æque partes nervosas alterant & affici-  
unt: Activitas vero in hac ægrotandi Consuetudine per-  
inde occurrit notatuque digna existit, quæ in moderata re-  
luctatione adversus morbosam causam hujusque pernicio-  
sum effectum, aut in temperata, attamen congrua utrius-  
que tractatione consistit, sub quibus qualitatibus ipse af-  
fectus tranquilius decurrit, iterumque vel omittit & ces-  
sat,

sat, vel adeo remittit, ut subjecta afflita sub tali morbo  
 & valetudinario schemate paulo diutius vitam pretra-  
 hant: sub iterata, non æque continua, enim ægrotatione  
 homines majori patientia ac moderamine procedere di-  
 scunt, qualis exercitatio ægros magis peritos reddit, ut  
 gradu, modo ac ordine convenientiori adversas qualita-  
 tes ac offensiones dirigere queant: in qua formalis ratio-  
 ne iterum harmonia, aut communio hujus consuetudinis  
 cum consuetudine, morales actiones concernente, incla-  
 rescit; inde enim innotuit dipterium, quod adversa pro-  
 bent virum; etenim sub crebriori adversorum observa-  
 tione & tolerantia, animus semper sollicitus est, talia  
 media talesque methodos inveniendi, quibus commode,  
 adæquate, prompte, efficaciter & fructuose omninoxæ,  
 inde metuendæ resistere queat, ne adversis perversa ra-  
 tione ipse renitur, indeque perniciem magis accersat  
 & acceleret: idem evenit in consuetudine ægrotandi, ut  
 in proverbio aliqui eloquantur, man sei schon mit die-  
 ser Krankheit bekannt, man wiße schon in dieselbe sich zu-  
 schicken, sie wäre einem nicht frembd, man wiße sich schon  
 in ihre Art zu richten, oder zu reguliren ic. hæc Consue-  
 tudo itaque non tumultuarie in præsenti morborum di-  
 rectorio negotiosa, sed congrua motuum moderatione  
 officiosa & operosa est: dum motus vitales sub transi-  
 torio & chronicò statu valetudinario ita instruit ac dispo-  
 nit, ut causæ morbos lethifera efficacia semper coërcea-  
 tur & subinde necessariæ evacuationes quadantenus pro-  
 moveantur, sicque in statu læsæ & periclitantis sanitatis  
 extraordinario modo salutiferæ congruae operationes ex-  
 erceantur: quando itaque nutra humana viribus adhuc  
 qua-

aliquatenus instructa est, tunc officio suo fungitur, ut non modo tempore pacis, sed etiam belli bonum & exercitatum ducem & gubernatorem se probet ac præbeat.

## §. IX.

Ex hactenus dictis facile ad *oppositam* qualitatem, videl. ad *Insuetudinem ægrotandi* argumentari licet, ubi iterum causa *principalis* & formalis non rationibus *physicis* & *materialibus* respectibus fundata est; irrita enim ac jejuna esset accusatio & provocatio, quasi in corpore morbis subeundis, & superandis *inepta constitutio*, quæ nec nominari, nec demonstrari, nec imaginatione concepi potest, præsens esset, siquidem *acutissimus medicus physicus* nullo indicio in ullo corpore hanc insuetudinem ægrotandi prænoscere, prævidere & prædicere potest, nisi ipsi *antea* hæc qualitas alicujus individui manifestetur, ut tunc demum ratiocinari & philosophari inchoet, atque obscurum *robur corporis*, occultum robustum *genus nervosum*, absconditam *spirituascentiam sanguinis*, imaginariam *temperiem humorum*, aliaque hujus comatis asyla proferre & declamare soleat, quæ vero sub curatori scrutinio articulum fidei constituunt, dum nulla sobria & solida ratione confirmari & in concreto aut applicatione demonstrari possunt: inde fallaces præsumtiones loco rationalium explicationum & demonstracionum obtrudunt, quas dein credit Judæus Apella: haud enim absolum & inexpertum est, quod corpore *denso*, *firme*, *spisso*, *robusto* prædicti, consuetudine, *gracili*, *mollī*, *tenero* & *laxo* corpore instructi, insuetudine ægrotandi qualificati sint, dum in veritate facti comparatum est, quod ægrotationum *insueti* satis diu firma inter-

*integraque fruantur sanitatem, vicissim vero consueti, frequentius adversa conflictentur valetudine, quæ observatio absolute causis & necessitatibus illis physicis, utpote suppositæ sacræ anchoræ, contrariatur, quoniam causis & legibus physico-mechanicis firmiori ratione & majori jure ac judicio conforme esset, ut corpora crassa atque densa firmiori & durabiliori fruantur sanitatem, teneriora vero vicissim constanter valetudinaria & quidem per illam altisonam necessitatem physico-mechanicam esse & citius destrui ac vita privari, haud vero diu sub morbis perdurare deberent, quod tamen secundum hanc conciliationem respectuum aperte veritati repugnat, quoniam non raro talia corpora teneriora obvia fiunt, quæ praedita insuetudine ægrotandi prædicta sunt: nec quidem dissiitemur, quod vicissim talia graciliora ac teneriora corpora, ut modo dictum fuit, sæpe morbis valde obnoxia sint, quodsi vero similia corpora hac qualitate insuetudinis instructa deprehendantur, tunc causa genuina hujus insuetudinis in prædictis alys consistere & inquire nec potest, nec debet: quare in Historia Medica abunde innotuit, quam sæpe sanguinei temperamenti, utpote laxioris corporis, & juxta aliorum judicium, debilioris generis nervosi homines hac ægrotandi insuetudine prædicti sint, dum reliqua temperamenta citius & crebrius morbis corripiuntur & si interdum nonnulli cholericæ & raro ægrotant, ob materiales tamen respectus & corporis sui nude physicæ qualitates & que facile ægrotationibus affligi possunt, imo si tales physici respectus dominium gerent, ex necessitate aliqua morbis coripi debent: ut ita ex rationis & observationis fundamento hæc insuetudo*

minime corporeis causis principaliter nitatur: & quamvis ita dictum *robur corporis ministerialiter* aliquid ad ævertendos morbos conferat, tamen *altioris* indaginis est investigatio a quanam causa hoc robur pendeat, deinde quali causa illud robur ita applicetur, quo morbi avertantur & non accersantur, cum æque facile illud robur ad *sinistrum*, quam dextrum usum adhiberi queat, nec ulla necessitas illud ad *regularem* & *legitimum* usum urgeat, cogat & impellat: quare suppositum illud robur non sui juris & proprii dominii est, sed si sub illius usu insuetudo ægrotandi enasci debet, superius ac principalius requirit directorium & moderamen: præsentem observationem admodum illustrat & confirmat notatu digna illa annotatio *infrequentia morborum personalis*, quam *illustris STAHLIUS* peculiari dissertatione commendavit, nec non animadversio ejusdem dignitatis de *therapia corporis sani*: quo magis enim *continuo* tramite *sanitatis* processus incedit, eo magis insuetudo ægrotandi erigitur & stabilitur, modo non sonica offendicula intercurrant, quæ hosce circulos turbant & ita succincta delineatione: indicavimus & demonstravimus, quibus causis hæc insuetudo ægrotandi tribuenda haud sit, ne forte in *medico* directorio hujus qualitatis *alienam* & *peregrinam* causam aggrediamur, neve propterea *ominosas* ægrotationes alliciamus & convocemus:

§. X.

Quare alia & illa magis *certa*, *vera*, *firma* & *perspicua* insuetudinis ægrotandi causa indicanda, preferenda & confirmanda erit: quando videlicet quidam homines in certo aliquo opere ac processu per notabilem tempore

temporis tractum peculiarem quempiam modum, ordinem & methodum servaverant & continuaverant, ita ut successus ac decursus illius negotii haec tenus exoptatus atque fructuosus fuerit, tunc in animo affectus aestimationis huic modo procedendi & concurrentibus connexis circumstantiis ita adsuecit, ut quicquid velle viter extra aut praeter haec tenus familiarem & usitatum morem, modum & ordinem contingit, illud, utpote insuetum, agree & moleste agnoscat & perferatur; imo plus quam re-appe existit, pro valde præjudicio & perniciose habeatur & tractetur; adeo, ut in abstracta hac animadversio ne adsuetudo præsentium & praeteritorum, insuetudo vero novorum & futurorum accidentium occurrat, prior gratam, sfavem & acceptam, posterior vero adversam & odiosam complectatur aestimationem, concretive vero tales respectus & qualitates in multis humanis actionibus occurrant, ut veritatem facti pro fundamento demonstrationis sternere & ad humanum tantum sensum & effensum provocare queamus, haud vero fucatas & larvatas assimilationes corradereteneamur: *in economia animali* æque tales respectus, modi, ordines & applicatio nes pro *individuorum* diversitate obtingunt, ut quedam subiecta actiones suas majori robore, meliori prosecutione, promptiori activitate & efficaciori successu exequantur; hinc multi homines de firma, sana & robusta gloriantur natura, quid quod usus, dies, & effectus docent, quod multi bene appetant, bene ingerant, bene digerant, bene egerant, indeque diurna illibata fruantur sanitate, huic modo & methodo ita adsuecant, ut *contraria* accidentia & offendicula utpote insue-

*suetas, nova, inusitata, minus explorata & agnita æger-*  
*rime tolerent indeq; adsuetudine sanitatis, insuetudine ve-*  
*ro morborum qualificati sint: nec æque una corporis fa-*  
*brica absolutam ægrotandi necessitatem comprehendit,*  
*siquidem in melancholico ita dicto subiecto eximie irregu-*  
*lares & male proportionatae relationes & qualitates phy-*  
*sicæ occurunt, quæ tamen sub congruo moderamine*  
*animi, diætæ ac regiminis ita instrui possunt, ne tam*  
*facile hujus temperamenti homines morbosas invasiones*  
*patientur: hinc in nonnullis subiectis directorium medio-*  
*rum, subsidiorum & requisitorum, ad vitam & sanita-*  
*tem naturalem spectantium, ita constitutum est, ut satir*  
*diu salutares inde effectus impetrentur, cui moderami-*  
*ni causa harum operationum ita adsuescit, ut cum affe-*  
*ctu grata æstimationis talis sanitatis & salutis naturalis*  
*economia observetur, protegatur & continuetur; hinc*  
*mirum esse haud debet, si alia inusitata accidentia adve-*  
*nerint, quam tædioso affectu eadem admittantur: quod-*  
*si itaque alicui homini in aliis operationibus securitati &*  
*libertati servienti, insuper sub hoc statu omnia grata &*  
*accepta sentienti atque usurpanti, alia minus familiaria*  
*& priorem statum aliquatenus turbantia, impedientia,*  
*aut plane violentia contigerint accidentia, tunc sensus*  
*hunc diversum statum discernens ad adversas æstimatio-*  
*nies & fastidiosas, immorigeras & impatientes illorum ac-*  
*cidentium tractationes disponitur: Adsuetudo itaque sa-*  
*nitaris in opposito complectitur insuetudinem ægrotatio-*  
*num: in priori statu ita exercitata ac operosa est natura hu-*  
*mana, ut ordinem familiarem in processu vitae naturalis*  
*cum solerti, attenta & vegeta virium applicatione satis ex-*  
qui-

quisite observet & prosequatur & pro varietate *individuum*, imo plane morum strenua excretionum promotione sanitatem tueatur, subinde vero in hactenus *usu recepto* modo ac ordine operandi cum sensu tranquillitatis acquiescat, quare *extraordinariae* alterationes eadem naturam valde offendunt, turbant & confundunt, æque ac in aliis insolitis alterationibus, animus hominis *minus* exercitatus patiens, moderatus, tranquillus, compositus existit, sed in tolerandis, æstimandis ac tractandis talibus *insuetis* mutationibus & offensionibus valde *turbulentus*, inquietus, in-exercitatus ac distractus est; quare tales processus, qui in morbis hominum ad ægrotandum *insuetorum* administrantur valde *irregulares*, raro congrui, ut plurimum vero *funesto* cum eventu prædicti sunt: Et hæc demonstratio fluit ex *veritate facti*, natura rei & creberrimis affectionibus humanis, ut nulla necessitas urgeat in fictiones excurrendi, aut ut mechanicis in more positum illorumque arcanum philosophandi est, piscaturam in aëre exercendi, sed ratio sobria requirat in genuina con- & *insuetudinis* indole exhaurienda, indicanda & applicanda, perfistendi: nam *confuetudinis* vis in *morales, animales, vitiales & naturales* functiones se extendit, nec illius ratio *formalis & essentialia* requisita totidem discrepant, sed in quilibet harum operationum eadem consuetudo & *insuetudo* permanet: concurrunt itaque in rebus *insuetis multiplices affectus*, qualitates & effectus utpl. *adversi*, qui morborum etiam decursus *intricatos, spinosos, vexatos, turbulentos* ac *infastos* reddunt: quando itaque aliquin in certis individuis personales pravi, turbulenti, morosi, &c. affectus & mores coincidunt, tunc eo ci-

tius certiusve processus morbosus *exitiosum* decursum  
ac eventum nanciscitur: Quæ considerationes in *causa-*  
*li* insuetudinis explicatione präc. annotandæ veniunt:  
de reliquo secundario respectu in pathologica hac deduc-  
tione non omnimode *organorum relativam* integrita-  
tem & aptitudinem ad *salutares* operationes perficiendas,  
ut & *comparatam humorum* temperiem aut *crasin* & *con-*  
*fistentiam* convenientem ad consuetudinem sanitatis &  
insuetudinem ægrotationum *instrumentali* causandi nexu  
contribuentem, rejicimus; ast in bac posteriori animad-  
versione *formam* totius hujus observationis nec ponimus,  
nec quærimus.

## §. XI.

Superest itaque ut coronidis loco aliquas scitu &  
applicatu dignas, hasce observationes attinentes, confide-  
rationes *prædictas* addamus, quo hæ annotationes in *Hi-*  
*storica*, *Pathologica* & *Therapeutica* deductione magis in  
clarescant: Quod itaque primo loco *Consuetudinem æ-*  
*grotandi* concernit, tunc eidem minime *fortioribus* re-  
mediis subvenire licet, ne causa morbi valde commo-  
veatur & exacerbetur, neve *lenior* ac *moderatior* mo-  
dus efficacie morbificæ resistendi obruatur, impellatur  
& turbetur, ne etiam *vires* valde languescentes, aut in  
languorem admodum pronæ nimium & subito destru-  
antur, ne denique *reliquæ* functiones ad conservandam  
fragilem talem *œconomiam* *quadantenus*. satis facientes  
pervertantur &c. deinde removenda sunt *multa*, *multi-*  
*faria* & *copiosa* medicamina, quæ facilius liberam &  
*Spontaneam* methodum sanandi präoccupant, confun-  
dunt & *turbant*, qua methodo tamen ægri aliquandiu  
meli-

melius, certius & securius servantur, quam sollicita,  
 speciosa & officiosa *artificiali* methodo, insuper etiam  
 ægrorum vires flexiles valde atque labiles perquam of-  
 fenduntur & dilapidantur, juxta illud viel Archeneyen  
 schwächt die Natur: conf. D. D. PRÆSIDIS differr. de obſti-  
 nentia a medicis & medicamentis &c. nec etiam consultum &  
 salubre est fallacia & ambigua experimenta admittere, quæ  
 sub morboſo præſenti ſucceffu, ſtatum magis pervertunt  
 & deſtruunt: Quæcunque alia conamina therapevtica  
 vires ſubiro aut eximie proſternunt, ſive hoc per ſu-  
 ſpecta & impetuosa *evacuanria*, ſive per alia humores  
 organa reliqua, maxiime *cerebrum* intense commo-  
 ventia contingat, illa in præſenti neceſſitate magis  
 inimica & præjudiciora ſunt: nec etiam mutabilia &  
 indiſcreta *domestica* auxilia hucl locum inveniunt, ſed po-  
 tius ſtatum morboſum magis pertinacem & corruptum  
 reddunt: Quin rectius in hoc ſtatu magis *diætetica*,  
 quam pharmacevtica conducunt adminicula, que præ-  
 ter medicamentoſam ſuam virtutem, *alimentoſam* pari-  
 ter efficaciam largiuntur: deinde ſollicita cura impenda-  
 tur, quo ordinariae ac conſuetæ *excretiones*, quantum fi-  
 eri potest placide ac conſtanter ſuccedant; porro cura et-  
 iam habeatur excretionum, licet *Extraordinariarum*, ta-  
 men individualiter *ſalutarium*, ſive *Hæmorrhogiarum*, ſive  
*fudorum* &c. Sanguinis maſſa conſervetur in *temperata*  
*craſi*, nec non in congrue *fluida* conſistentia: quantum  
 commode fieri potest *organis* neceſſaria *opertura* & per-  
 meabilitas concilietur; præcipue *perversi* *motus* arceantur  
 aut corrigantur, magis lenientibus, temperantibus, ſe-  
 curis antiſpasmodicis & ſelectis aliquando ſic diētis ſpe-  
 cificis,

efficis, quam narcoticis, adstringentibus & repellentibus: *virium* præterea habeatur ratio, ut fulciantur & revocentur, impr. *diateticis* adminiculis, quæ non modo singulas *prædictas* indicationes respiciunt, sed & blande reficiunt: quamdui enim vires aliquali robore *præsenzæ* existunt, tamdui reliqua morbosæ scena facilius ad aliqualem *salutarem* finem cum applausu peragit: *optima* vero illa sunt roborantia, quæ personalibus subjectorum qualitatibus quadrant: quamobrem in hac ægrotandi consuetudine nunquam *adversa* obtrudantur remedia: eximum adjumentum confert animi *tranquillitas* & qualiscunque *erectio*, sub qua reliquæ operatio-nes, economiam *vitalem* attrinent, alacrius & *ordinatus* procedunt: subordinatus & moderatus *motus corporis* multæ etiam utilitatis est, modo non *virium*, alioquin facile vacillantium, ominosam jastram aut prostrationem connexam habeat, aut pedissequam: quare operosæ obambulationes, cursitationes, exercitationes &c. in hoc statu *præjudiciosa* existunt: conveniens & tempestiva *causarum* *morbificarum* interceptio & *prophylaxis* multam in hac observatione & necessitate promittit & conciliat opem: insuper quoad *œris* qualitates bona observetur temperies ac continentia, quoniam vel *levis* *œris* turbatio ac perversio homines ad ægrotandum adsuetos facile & valde afficit & offendit: adsuetant præterea homines, consuetudine ægrotandi qualificati, ordinati, selecti & *temperaturæ* in *diæta* ac *Regimine*, haud vero nimia *mollitiei* indulgent: nam sicut tales homines ad ægrotandum faciles & proclives sunt, ita ad avertendas causas morbificas sollicitam, ast judiciosam, curam gerere

*tere dōent: animus nunquam operosis studiis & curis & corpus nullis arduis laboribus enervetur, sed quovis modo vires utriusque conserventur: porro prudens & peritus artifex praecipiam suam curam eo dirigat, ut quantum fieri potest, causam quorumvis morborum aut penitus extirpet, aut multum coercat, nec suspectis palliationibus operam det, quæ potius funestum eventum accelerant: Et hæc generalia consilia in Practica directione Consuetudinis ad ægrotandum brevi annotatione commendare placeuit.*

## §. XII.

Tandem etiam de *Insuetudine Ægrotandi* nonnulla consilia & auxilia Therapeutica suppeditare volumus: minus consultum vero est sub hoc statu vel scrupulose, anxie & minus officiose morbosas invasiones arrificiosis & speciosis medicaminibus præservare & avertere, vel hoc præsenti privilegio sanitatis abuti & laxiori ac negligenter diæta & regimine robur naturæ ac vires exbaurire, labefactare & enervare: utroque enim errore ægrotationes accersuntur: proinde a facili, liberali & crebro usu medicamentorum, alii usibus destinatorum, abstinendum est, ne naturales & ordinariæ vires emolliantur & indulgentia tali pervertantur: præc. ommittenda sunt splendida arcana & experimenta, quibus longævitatis promittitur & dura, firma, immutabilis & integra sanitas insurritur: nam qui sanitatem gratuita e libero naturali ordine ac robore fruiatur, ille eandem non pecunia acquirere & coemere debet: & si interdum necessitas postulare videtur, ut certis evacuationibus adjuvandis, & alterationibus salutaribus administrandis ad-

F

mini-

minicula subministranda sint, tunc illa magis e fonte dia-  
 tetico, quam pharmaceutico felicitantur & adhibentur?  
 magna etiam cura vigilandum est, ne hactenus aduersus  
 ordo in oeconomia vitali servatus, laedatur, turbetur aut  
 ludicre & sciole reformatum, siquidem præterea præsens  
 insuetudo ægrotandi nec gravioribus & operosioribus  
 animi curis & laboribus nec sensibilibus corpus afficien-  
 tibus & vires dilapidantibus occupationibus & negotiis  
 offendit debet: proinde tamen non nimiae molitiae indul-  
 gendum erit, ne suspecta sensibilitas concilietur, quæ  
 post hac crebrioribus ægroatationibus viam parat & por-  
 tam aperit; quare vicissim homines hac insuetudine ægrot-  
 tandi prædicti temperato & ordinato vivendi generi ope-  
 ram dent, tranquillitati, moderamini & continentia ani-  
 mi studeant, in omnibus excessum fugiant, haud tamen  
 nimium abstinentiae ac otiosis inhærent, nec stricte ac ri-  
 gorose cum eximia sollicitudine uni qualitat & consue-  
 tudini indulgeant, sed interdum cum circumspectione  
 & moderatione aliena admittantur: porro bene instru-  
 eta & congrue disposita culina optimas pharmaciæ vices  
 tenet: inde prospiciendum, quo communes & ordina-  
 riae, nec non individuales & extraordinariae excretiones  
 justo fruantur successu, vires naturales comparato modu-  
 lo actionum in moralibus, animalibus, naturalibus &  
 vitalibus officiis exerceantur & conserventur, subinde  
 gratis ac congruis diæticis mediis & subsidiis sustenten-  
 tur & erigantur; paulo rarius & non nisi singulariter ur-  
 gente necessitate temperatoria artificiosa pharmaceutica au-  
 xilia in usum trahantur, mox iterum in naturalem liberum  
 ordinem ac tramitem singulæ functiones convertantur,  
 ne

ne priſtinus vitæ ſtatus ſeduçatur & coactis artificialibus  
 modis, methodis ac processibus confundatur: nec ta-  
 men illotis manibus adminicula medica ſpeciosa artificia-  
 lia obtrudantur, alia vero congrua talia auxilia commo-  
 da occaſione non penitus rejiciantur, præc. ſi naturæ vi-  
 res interdum torpescunt & ſuperandis contrariis qua-  
 litatibus & objectis non ſufficiunt, nec ſatisfaciunt, impr.  
 ſi jam proverbior, imo plane ſenilis ingruit ætas, in qua  
 neceſſitate temperata & modica medica ſubſidia illam in-  
 ſuetudinem ægrotandi admodum erigunt, roborant ac  
 ſublevent: quodſi vero præter neceſſitatem conforfantia  
 & cordialia ſub ſollicita præſervatoria cura ingerantur,  
 tunc magis inde mollities, ſuſpecta ſenſibilitas & debili-  
 tas provocatur, quæ qualitates poſthac facilius morboſas  
 invaſiones convocant: Et hæc illa ſunt consilia therapeu-  
 tica, quæ in præſentis inſuetudinis direcotorio fructuosa  
 exiſtunt, nec ullo alio indigent documento, quia libe-  
 rum naturæ duc̄tum pro fundamento habent; quare to-  
 tam hanc traſtationem pio obſignamus voto, ut cœle-  
 ſis benedictio eandem ſalutari uſu comitetur, quo u-  
 bique divina gloria promoteatur, quippe hujus  
 etiam laboris ſincerus eſſe debet

F I N I S.



F 2

CANDI-

CANDIDATO NOBILI  
ET ERVDITO  
HENNINGIO GEORGIO  
BLVMENBERG  
P. P. P.  
D. IOANNES IVNCKERVS  
P. P. O.

**V**erius sapientum dogma est: *parendum esse fatis ac sine murmure exsequendum*. Quod ipsum si sensu christiano de sapiente & benigna Dei prouidentia intelligamus, qua suos in his terris manu quasi ductitare & interdum, non volentes his vel illis praeesse negotiis iubet: optimam tutissimamque sententiam sequemur. Aspera autem, primum est via, qua sapientia ad astraducit mortales. Sic *Mos̄i* recens edito triste fatum interitum minabatur, fortuna autem mitior illum reginæ fecit filium: & quem aspera fata mox viatorem mox refugum & extorem iubebant, hunc, nemine id cogitante, ingentis exercitus principem & primum Dei ad populum suum interpretem omnes demum admirabantur. Non expō-

exponam prolixius diui fata. *Jacobi*, *Josephi* aut reliquo-  
 rum patrum ac prophetarum, quæ tam acerba fuere, vt  
 hi Dei amici θεοφόροι, θεοβόροι, κανονικόι cursum  
 suum absoluenterint. Quietem quidem amabat *David*,  
 cum parentis oves pasteret; sed adolescens adhuc, & ad  
 regiam dignitatem delectus, mira sane & turbulenta fata  
 subire debuit. *Jonas* reformidans molestas refractario-  
 rum persecutiones, vocationem subterfugere audebat;  
 sed a maris abyssō haustus bono fato reddebaratur, & auspi-  
 cato omniē ad pœnitentiam perducebat nolens, quos antea  
 iudicauerat perditissimos. *Danielis* sortem quis non mi-  
 ratur? is namque in captiuorum turba nil, nisi seruitutis  
 triste iugum, metuere debuit: nihil tamen minus inter  
 priacipes aulæ regiæ viros tandem relatus arduis functus  
 est officiis, vt spem Regis non modo expleret, sed plane  
 superaret. Eadem scena etiamnum hodie luditur, vt,  
 dum nonnulli solitudinem querunt, in aulas principum  
 abripiantur. Sic homines quidem proponunt, fata ap-  
 tem sapienter disponunt. *TV*, *Vir doctissime*, dogmati  
 huic ex animo subscribes. Fata enim Tua a iuuentute iam  
 fuerunt varia & plurimum ærumnosa; quasque Tibi vias  
 bona saepius intentione elegisti, has sapiens Dei prouiden-  
 tia multopere inuertit, peruerrit & spinis quasi circum-  
 sepsit. *Argentorati* & *Halo* plures annos in medicinam  
 & chirurgiam funditus addiscendam insunisti; cumque  
 Te ad praxin medicam exercendam satis idoneum iudica-  
 rem, sapiens Dei regina longe aliam viam aperiebat.  
 Iam vero fatis ad ~~præficiam~~ semitam reuocantibus obtem-  
 perandum iudicas; &c, mea quidem sententia, optime:  
 præstareniū diuinæ directionis nutui obedire, & aulæ, in

qua pietatis studia valent, seruiendo se consecrare, quam  
 propriæ, eique dubiæ, electioni pollicem premere. Et  
 quem ad modum vehementer lætatus sum, quod Te, ami-  
 corum e paucis lectissimum, post lustri interualium ex  
*Cimbria* reducem, hospitio excipere mihi contigerit: ita  
 de honoribus quoque doctoralibus, quibus TE *regia* no-  
 stra *Fridericiana* ornat, ex animo congratulor. Equi-  
 dem cum labores olim socios in nosocomiis aliquamdiu  
 habuerimus, quam certissime noci, quod Doctoris axio-  
 ma iam dudum promerueris: Tu vero prudenter ad hoc  
 vsque tempus illud declinasti, ne honorum quam experi-  
 entiae videri posses iusto audiō. Cæterum sicut in cu-  
 randis ægris semper mihi placuit Tua opera, circum-  
 spectio, iudicium & indefessus proficiendi ardor: ita  
 non solum ex arte humana felicem, sed benedictione  
 diuina stipatam multisque salutarem praxin spero, atque  
 sincero animi affectu etiam precor. Vnde, AMICE,  
 quo Te fata trahant retrahantque sequaris oportet. Sic  
 enim feliciter ages & omnia prospere succedent. Vale.  
 Dab. Hal. d. XXVII. Nov. MDCCXXXIII.



VIRO

( 47 )

V I R O  
NOBILI AC ERVDITO  
**HENNINGIO GEORGIO**  
**BLVMENBERG**  
AD SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES  
CONTENDENTI

S. D.

**GEORGIUS CHRISTIAN. MATERNVS**

PANNONIVS  
DOCTOR MEDICVS.

**I**Nfirmitatis miseriārumque humanarum quotidianus spectator medicus est: neque tamen ideo aliis censendus infelior. Si enim vllum vitæ genus, medicinæ profecto exercitium ad incrementa pietatis, suas, easque largiores congerit symbolas, dummodo ipsius artificis animus sanctissimi numinis haud destituatur reverentia. Vnde si animo christiano diiudicanda res est, medicum agere idem erit, ac quotidie memorem fieri perpetuæ calamitatis per primam defectionem nobis attractæ, quotidieque sortem lugere mortalium. Tot enim sunt affectus terribiles, qui ictu quasi momentaneo hominem perimunt; tot funestarum febrium adfigun-genera; tot spasmodicorum malorum vexant tyrannides; tot chronicorum morborum urgēt tormenta;

tot

tot animi torquent languores; tot denique inauspicati  
 emergunt casus, ut omnium vix quisquam inire valeat  
 numerum. Deploranda sane vita nostræ conditio est;  
 quæ, licet unica sit, tot tamen internecionis petatur in  
 instrumentis, tamque variis adficiatur mortibus. Cum  
 hisse malis medicus quovis ferme die ægros non col-  
 luctari modo, sed iisdem plane succumbere videt, do-  
 ler, ingemiscit. Verum, quid inde emolumenti capit  
 medicus christianus? hominem se quoque esse meminit  
 προστατευον, infirmum, caducum. Percussum apoplexia  
 quemdam animaduertit; perterrefactus, si nouissimo-  
 rum habet sensum, sui meditatur emendationem, ne  
 tam præcipiti casu, ne impoerit, ne imparatus, ad  
 tartara rapiatur & ipse. Ecquis est, cuius animum non  
 percellat atrocis apoplexiæ impetus? si vlo, hoc pro-  
 fecto tempore, tam medicus, quam adstantes, de bo-  
 na conscientia & acquirenda & conseruanda, (vitam  
 omnes serio!) esse solent solicii. Furit epidemica for-  
 a lues; quid ille? ad iter se accingit, æterna peccati-  
 tus domicilia. Obseruat in chronicis, se remediis pro-  
 batissimis, cura, studio, & opera sua denique omni pro-  
 ficere nihil; ægri miseret, & suam ipsius sortem deplo-  
 rat, imo ad pedes misericordiae diuinæ supplex prouol-  
 uitur, ac impotentiam agnoscens, solius Dei præsto-  
 latetur adiumentum. Quando variolis inquinatum, sca-  
 bie infectum, aut fcedis ulceribus exesum tractat, pro-  
 be recordatur, peccatoris, licet comitissimi honoratis,  
 mihi eamdem in oculis Dei esse faciem sordidam: un-  
 de qualis ipse sit, intelligit, & qua ratione repurgari  
 possit, cum cura dispicit. Sæpius peregrinatur abeundem  
 est

est medicinae facienda causa; crebro pulsantur fores, a pauperibus præcipue aduersa valetudine detentis; pertinet consilium, flagitant medicinam, orant stipem: atque ita noua in dies, summum medicum imitandi enascitur occasio, qui olim & ipse vel hos docuit, vel istos cibo refecit, vel illos corporis aut animi liberauit morbo; ut adeo christiani medici vita, perpetua operum caritatis dicenda sit praxis. Taceo iam emolumenta, quæ ipsi e calumniis accedere possunt obrectatorum; si quidem res quaslibet, amantibus Deum usui cedere in confessu est. Cum ergo, Vir optime, illud elegeris viæ genus, quod cum christianorum officiis non tantum amice conspirat, sed & pietatis ardorem haud mediocriter promouet, habere mihi videor, quod TIBI gratuler. Quoniam vero splendidissimæ regum aulae cum rimosis pauperum casis hoc commune habent, ut illæ pariter ac istæ, miseriae & mille languorum sint diuerßoria, inter purpuratos non minus, quam inter ruricolas pie versari, atque pietatis erga Deum, proximum & TE metipsum habere poteris rationem. Non quidem deerunt tentationes, crebrius hic quam alibi adfligentes, sed, ne quæsto, cœpti pœnitentia; quo maius esse solet periculum, eo gravior accidit antea non sparta victoria, & quantum valeamus, experiri haud licet, nisi hostibus vndiquaque clam palamue vrgentibus. Faxit itaque benignissimum numen, ut in praxi TE tallem exhibeas, qualem professio TVA pollicetur, conscientia poscit, ac boni denique omnes exspectant. Vale & faue. Dabam Halæ die XXV. Novembris. Anno  
clio Io cc xxxiii.

12.3

G

VIR O

( 50 )

VIRO  
NOBILI AC ERVDITO  
**HENNINGIO GEORGIO**  
**BLVMENBERG**  
SVMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBVS  
ORNANDO  
S. D.  
**IOH. CHRISTOPHORVS HVBER**  
PANNONIVS  
MEDICINÆ DOCTOR.

**Q**uemadmodum, VIR DOCTISSIME, inter  
præstantissimos, caducos tamen, vitæ huma-  
næ thesauros merito secunda refertur vale-  
tudo: ita etiam medicinæ ars, qua hæc, siue conseruatur,  
siue restituitur, reliquas dignitate, atque pretio, lon-  
ge antecellit. Medicorum tamen, licet omnes omnium  
nobilissimam exerceant artem, non una est eademque,  
tum ratione artis, tum ratione ipsorum hominum, quo-  
rum valetudinis curam gerunt, conditio. Ad artem  
enim quod adtinet, prout illa, partim cognitione re-  
rum, quæ ad conseruandam, atque restaurandam con-  
ducunt sanitatem; partim expedita facultate ea rite ut-  
tendi absoluitur: ita utroque respectu, non leue inter  
eos

eos intercedit discrimen. Quodsi enim cognitionem eorum, quibus salus corporis commissa est, spectem: alii solidioribus innixam fundamentis, adeoque philosophicam; alii vulgarem, atque empiricam tantum possident. Qui intelligunt, quantum præstet ad curationem, non modo tutius, sed etiam in pluribus, ex eodem fonte promanantibus morbis, adhibendam, nexus peruidere, quo, tam morbi cum causis suis, quam medicamenta cum sanitate, vel tuenda, vel recuperanda, cohærent, non possunt non huiusmodi medicos anteferre illis, qui soli cognitioni usus medicamentorum, & morborum, historicæ aquiescunt. Quoniam vero in medico exercitatio quoque theoriam ad praxin rite transferendi requiritur: tanto quis excellentior iudicari debet, quanto est in profliganda, & arcenda, valetudine aduersa expeditior; tantoque præstantior, quanto subtiliorem cum frequentiori exercitio coniungit scientiam. Sed accuratiorem rerum ad rem medicam pertinentium cognitionem, & promptiorem consilia exsequendi rationem, a nullo medicorum desiderari existimo, quam eo, cuius curæ vita atque sanitas *Summi Principis* est tradita. Quanto enim maius toti periculum impendet recipublicæ, dum *Summus Imperans*, nec diurna, nec constanti fruitur incolumentate: tanto maiori etiam solitudine in ea conseruanda versari debet medicus, mune-re suo, ut par est, defuncturus. Quod quidem officium quis explere potest, nisi singulariter arte medica peritus? Cn̄m itaque TE VIR DOCTISSIME, sanitatis POTENTISSIMI DANÆ REGIS curam age-  
te intelligerem, facilis mihi aperiebatur via, de singu-  
laribus

laribus ingenii TVI dotibus iudicium ferendi : & ex  
 quo iucundissimam TVAM mihi, pro mirifica TVA  
 humanitate, patefecisti consuetudinem, confirmari ex-  
 perientia vidi, quæ ante a certo colligebam. Quibus rebus  
 fieri non potuit, quin debitam TIBI animo conciperem  
 obseruantiam, eamque, summos TIBI in medicina ad-  
 apturo honores, pace TVA, publice testarer. Gratua-  
 tor itaque TIBI VIR DOCTISSIME ex animo, non  
 solum insigne illud, quod iam tenes, dignitatis orna-  
 mentum, sed nouas etiam honorum in *Fridriciana* no-  
 stra accessiones, easque TIBI faustas, atque felices el-  
 se iubeo. Confirmet cœleste Numen & animi & cor-  
 poris TVI robur: benedicat excubiis TVIS, quas pro  
 incolumitate INVICTISSIMI REGIS & AVGVS-  
 TISSIMÆ DOMVS REGIÆ, fideliter agis: conser-  
 uet TIBI clementissimum EIVS fauorem: annuat o-  
 mnibus TVIS conatibus, ita; ut multi auxilium diui-  
 num, ex saluberrimis TVIS consiliis & opera dili-  
 gentia, intelligent: cumulet TE tam innumeris bené-  
 ficiis, ut, quocunque, vel loco, vel tempore, de TE  
 audi uero, nisi prospera, & exspectata, non percipi-  
 am. Optarem quidem, ut desideratissima TVA con-  
 suetudine mihi diutius uti liceret: cum tamen id, &  
 TVI muneris, & instituti mei rationes, prohibeant;  
 dabis id unicum petitioni meæ, ut fauore & benevol-  
 entia TVA etiam absentem me complectaris. Ego  
 vero non modo memoriam TVI iucundissimam non  
 deponam, sed constanter quoque colam. Vale. Da-  
 bam Halis Prid. Cal. Decembr. MDCCXXXIII.

\* \* \*

**G**S wird ein Freund mit recht dem Golde vorgezogen  
Weil beyde nicht zugleich von einer Probe sind;  
Denn Freundschaft will gewiss lange seyn ge-  
pflogen

Eh' man mit Sicherheit davon die Zeichen sind.  
Ob gleich das falsche Gold viel leichter zu entdecken.  
So schadet solches auch so sehr bey weiten nicht;  
Wie ein geschminkter Freund, der sich sucht zu verstecken.  
Im Herzen anders denkt, als mit dem Munde spricht.  
Doch Dich geliebter Freund! hab ich alzeit gesunden  
Aussrichtig, Rechtschaffen, Dienstfertig und Getreu  
Und weiß ich auch gar wohl, wie viel ich Dir verbunden:  
Nimm jezo davor an ein Herz von Falschheit frey  
Die Hand, so nichts mehr schreibt, als das Gemüthe  
dencket

Ein Dir ergebenen Sinn. Gott segne deine Kunst  
Die Dir nach dem Verdienst die Doctor-Würde schencket;  
Es fehle niemahls Dir an Gottes Gnad und Gunst.

*Hac scribit sincere, Amico Sincero,  
nullius fuci Amicus.*

**D. A. HANCKE,**

Conic, Boruss, Poloni,  
M. D. & Prack, Hafniens.

---

**P**Atria dar vitam, raro largitur honores,  
Hos melius multo terra aliena dabit  
Ergo cur natale solum dulcedine multos

*Ducit*

Dicit, & immemores non sinit esse sui?  
Sclicer haud licuit cunctis invrare Corinibum;  
Undique nec quivis dignus honore fuit.  
Omnia contingunt nobis bonitate superna,  
Quæ mox in parria, mox procul esse juber.  
DULCIS AMICE! TIBI Goslaria lucis usuram  
Præbuit; banc celebrant flava metalla eupriz;  
TE quoque præclaras docuit Germanica tellus  
Artes; jam lauro tempora cingit Hala.  
Ab animo quandam non divinante futura,  
TE fovet in gremio Danica terra suo;  
Hoffnia TE dignum magno perfundit honore;  
Hoffnia, quæ patria distat ab urbe procul.  
Hinc ego, si sineres, titulum TIBI redere vellem,  
Et raram famæ conciliare fidem.  
Sed fileam, mentemque meam testabor ovantem;  
Quod TIBI propitius semper Jova fuit;  
Quod TIBI REX faveat, faveantque insigniter omnes;  
Quos Titan fixit, de meliore luto.  
Ut tua processus habeat fortuna perennes,  
Ut valeas, vigeas, pectore ovante precor.  
Haec ego submotus, fideli mente videbo;  
Nec vero pigeat, TE meminisse mei.

His gratulabundum animum  
testari voluit.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT,

Medic. Lic.

Dit

**S**ie ganze Welt ist voll berührter Moden - Schmiede;

Drum sieht man die Gestalt der Moden täglich neu.

Nur eins, was niemand liebt hat vor dem Wechsel Friede;

Die Mode frank zu seyn bleibt allzeit einerley.  
Hier sezt sich die Natur der größten Kunst entgegen,

Und der gemeine Fall vernichtet allen Fleiß:  
Ein siecher Leib kan nichts als sieche Glieder hegen;  
Drum trifft der Kranken - Stand den ganzen Erden-

Ereyß.

Dem raubt der Unverstand, und lasterhaftes Leben,

Dem ein begreifles Haupt der Lebens- Geister Kraft.  
Dort muß die Witterung zur Schwachheit Anlaß geben,

So fehlet nie das Maß gehänschter Leidenschaft.  
Kein Alter, kein Geschlecht, kein Orden bleibt verschont:

Wer lebt, ist dem Gesetz der Moden unterthan.  
So ist der Körper schon des Ungemachs gewohnet,

Und jeder fräget nur: wie mans erleichtern kan?

Wohlan! beglückte Kunst, beglücktes Unternehmen,  
Wodurch man Noth und Quaal zu seltnen Dingen macht.

Beglückte Wissenschaft die Krankheit zu bezähmen,

Wozu der Himmel selbst die Mittel ausgedacht.

Ihr Glanz verlöschen nicht; ihr Ruhm bleibt ohne Tadel,

Weil jeder ihre Kraft zu seinem Trost erfähret.

Du

Du reist Hochwerther Freund, hierbey die meisten  
Proben,  
Die Kunst, die Kranken hilft, erwirbt Dir Ehr und  
Gold.  
Dein Rath, den jeder sucht und liebt, hat Dich erhoben,  
Und die Geschicklichkeit macht Dir den RÖENIG  
hold.  
Wohlan! es mehre sich Dein Glück mit Deinen Jahren  
Der Krankheit Seltenheit und ein beständig Wohl  
Des RÖENIGS lasse Dich den Spruch an Dir  
erfahren:  
Hygeens treuer Dienst ist alzeit Seegens voll.

Hiermit wolte des Herrn Doctordandi  
geneigtem Angedenken sich ge-  
borthafmst empfehlen.

NICOLAUS BORRIES,  
Hafn. Danus. Medic. C.



01 A 6515

ULB Halle  
002 932 091

3



WPA



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
3/Color  
White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

